



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**

TRACTAT. II

grua & diuersa gratiarum mune-  
ra postulantur.

CAP. III.

**S**Vnt & alia benedictiones non  
sollemnes, qua in fine Missæ cō-  
feruntur populo tam per Episcopos,  
quàm per minores alios sacerdotes.  
Hunc enim morem tenet Ecclesia,  
ut benedicatur populus post myste-  
ria cōsummata, quia dominus ante  
ascensionē ascensurus in cœlū, disci-  
pulos suos in Bethaniā duxit, & eis  
dem in fine benedictionem dedit.

De bene-  
dictioni-  
b' in fine  
missæ fa-  
ctis com-  
muniter.

Luc. 24.

CAP. IIII.

**S**Vnt & alia benedictiones simi-  
liter non solēnes, qua usitata &  
cōmuni nomine benedictiones dicū-  
tur, & quadragesimali tēpore cōfe-  
rūtur, cū humiliare Deo capita nos  
iubemur: Quadragesimali enim tē-  
pore nouit aduersarius noster Eccle-  
siam contra se singulare sumpsisse  
sertamen, & ideò fortius instat  
ad

De bene-  
dictioni-  
bus quæ  
dantur  
in qua-  
dragesi-  
ma in fi-  
ne Missæ.

ad rapiendū, si quem inuenerit negligentius se habentē. Et ideò sacerdos Ecclesiasticus, ut prudens Agonicheta, quanto in maiori periculo videt milites fore, tanto munit eos amplius sua benedictione: undè & humiliari capita precipit, & deinde benedicit, quod prius virtutū summus specimine vestiēdi, & sic benedictionis gratiam habituri. Huius benedictionis extremae puto figurā fuisse benedictionem tam Iacob, quam Moysi in extremo spiritu. Et de illo quidem in Genesi scriptum Gen. 49. est: Benedixit Iacob singulis benedictionibus proprijs, & praecepit eis dicens: Ego congregor ad populum meum, & c. quae sequuntur. De alio Deut. 33. verò fit in Deuteronomio. Hæc benedictio qua benedixit Moyses homo Dei filios Israël ante mortem suam.

CAP. V

Sunt